



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Quintus casus de guttis vini in Calice discontinuis; n. 23

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

ria fragilitate, subijceret periculo validitatem sui Sacrificii: si tamen id intenderet de formalis, de quibus Layman agit; non video unde contrahatur peccatum: tunc enim Sacerdos si oblivisceretur, jam esset certus, se illas non consecrasset: & ex alia parte, nulli se periculo exponere. Quod autem ejusmodi intentio sit contra praxim Ecclesie, verum est, quoad Hostiam necessariam Sacrificii, propter dictum periculum non sacrificandi valide; sed quoad particulas sacrificio non necessarias, fuisset ejusmodi praxis probanda, non supponenda.

### QVINTVS CASVS.

*De Gutteis vini in calice discontinuis*

*Vbi.*

*Defenditur Coninch contra Layman,*

23 **Q**Uod in hoc titulo proponimus sic resolvit Ægidius Coninch,

Coninch. a Nota legitimam intentionem consecrationis Calicis secundum communem, & optimam praxim ferris solum circa omnem humorem consecrabilem, qui in Calice per modum continui continetur: ut comprehendat etiam aquam vino permistam (qua etsi in vinum non convertatur, verè consecrari potest) & guttas vini, quæ proxime continuo liquori Calici intrinsecus adherent, ita ut, parva Calicis agitatione, reliquo vino miscantur tales enim guttas vini, vel prius abstergi, vel cū reliquo vino consecrari omnino expedit, ne materia non cōsecrata miscetur consecrata. Quare nisi consecrans aliud expresse intendat, censetur communiter hanc totam materiā, & nullam aliam consecrare. & consequēter, nec guttas remotiores, circa extremū labrū Calicis adherentes. Quamvis magis expediat prius omnes guttas praesertim remotas abstergere, & tunc simpliciter omnem materiā cō-

Q secre-

a Coninch. de Euch. q. 74. art. 2. dub.  
3. n. 43.

secrabilem, qua est in Calice consecrari.  
 re. De guttis autem externis Calici ad-  
 haerentibus, nihil laborandum est, quia  
 nemo, nisi id expressè intendat (quod cū  
 iniuria Sacramenti fieret) censetur  
 eas velle consecrare. Hæc Coninch.

24. Layman a vero, cum de  
 hac re, ferè, eadem exscripserit,  
 sic addit. Quod porro Coninch ait, eas  
 quoque vini guttas consecrari, quæ in-  
 tra Calicem reliquo liquori proximè  
 adherent, vel levi Calicis commotione  
 admisceantur, difficultatem habere  
 videtur; quandoquidem determinari  
 non potest, quanta omnino esse debeat  
 et alium guttarum propinquitas: fatetur  
 enim ipsemet remotiores non consecra-  
 ris. Neque vero potest consecratio (sicut  
 neque alterius Sacramenti consecratio)  
 pendere à futuro evenit contingente,  
 ut nimirum ea solam gutta consecra-  
 tur quas postea contingeret Calicis agita-  
 tione reliquo liquori commisceri. Hæc  
 etiam Layman.

24. Vero enim vero video

Layman lib. 3. tr. 4 c. 2. §. 15.

me posse Ægidij partes agere; & vt  
 clarius procedat defensio; Inquiro,  
 si contingat (vt sæpe, ne dicam, sē-  
 per profecto, contingit) re imme-  
 diate ante cōsecrationem commo-  
 vere, seu ad latus flectere Calicem;  
 quo motu, totum vinum ad latus  
 cuppæ adlabitur, deferens viao cō-  
 spersum aliud latus; Inquiro, inquā  
 si proferas supra huiusmodi Calicē  
 sic inclinatum consecrationis for-  
 mam, illud vinum, quo alterum la-  
 tus cōspersum est, consecratur, nec  
 ne? Sane consecratur, quia conti-  
 nuum est cum reliquo; secus repo-  
 sito in suo recto situ Calice, aliquid  
 non consecratum remaneret in Ca-  
 lice admistum materiæ consecratæ  
 quod nemo admittet; quamvis e-  
 nim id sit tam modicum, vt pecca-  
 tum fuisset (cum non sit potabile,  
 immo vix sit sensibile) illud, separa-  
 tim consecrare; tamen, quando est  
 unitum, & continuum cum cetero,  
 est apta materia cōsecrationis. Fac-  
 tum aliquam guttulam ita adhæ-

rere interiori Calici, vt tãgat vinũ, sed propter eius exiguum pondus non miscetur tota cum vino, solũque remaneat vnita vino: seu, quod frequentius accidere potest fac vnam aliquam similem guttam immediate ante consecrationem ex superiore parte calicis cadere in vinum, & cum ipso commisceri, remanente, vt oportet illa parte superficiẽ Calicis, in qua erat gutta, & per quam transit, dum cecidit, remanere, inquam, resperfa, seu indincta vino; inquit, illa guttula veluti supernatã, vt ita dicam, & hæc partes modicissimæ vini, quibus pars dicta superficiẽ calicis resperfa remanet, consecrantur ne dicta statim, antequam arefcant, consecratione? Certe consecrantur in omnium sententia, quia iam sunt continuæ cum reliquo liquore.

26 Dico igitur Ægidium de his guttulis loquutum fuisse, quæ adherent superficiẽ interiori Calicis, & sunt aliquo tandem modo  
phy-

physicè cōtinuæ cum cetero vino,  
non vero de iis, quæ sunt separatæ.  
(vt credidit Layman.) licet qua-  
cumque ratione vino sint vicinissi-  
mæ.

Patet id ex ipsius Ægidij verbis  
& multo magis ex iisdem verbis, vt  
à Layman referuntur. Hæc sunt  
verba Ægidij. *Vt comprehendat gut-  
tas vini, quæ proximè continuo liquorè  
Calici intrinsecus adherent, Non di-  
cit prope sed proximè, quod non po-  
test intelligi, nisi de gutta, quæ tan-  
gat vinum continuum: secus non  
esset proximè, quod est superlati-  
uum, id est, ita vt magis prope esse  
non possint. Adde quod ipse sic paulo  
ante dicit. Nota legitimam inten-  
tionem consecrandi ferri solū circa om-  
nem humorem consecrabilem, qui in  
Calice per modum continui, aut quasi  
continui continetur, vt comprehendat  
etiam aquam vino permistam, & gut-  
tas vini, quæ proximè continuo liquorè  
Calici intrinsecus adherent &c. iam,  
gutta separata, licet vicina vino nec*

Q. 3. 11 est

est continua, nec quasi continua vino. Ergo illam excludit, non includit Coninch, a materia cōsecrabili. Includit vero guttas aquæ immistas vino, quia licet contiguae sint, in rigore philosophico, vino; dicuntur tamen propter illam, admissionem, non immerito, quasi continuæ; includit pariter guttas illas à nobis dictas nume. 25. quæ non sunt quasi, sed verè continuæ cum reliquo liquore, ut ibidē explicuimus. Quod autem addit Coninch, ita ut levi commotione admisceantur, ideo addit, quia guttæ eiusmodi, de quibus nos sermonem esse contendimus, facillimè per dictam commotionem admisceantur cum reliquo vino.

27 Sed videamus quomodo referat Layman Ægidij verba, sane in hunc modum. *Quod porro Coninch. addit eas quoque vini guttas consecrari, quæ intra Calicem reliquo liquori proximè adherent, ita ut levi Calicis commotione admisceantur, difficiliter*

rem

Sem  
re  
ergo  
de h  
re L  
nō c  
vin  
in q  
qui  
quo  
spe  
par  
nuc  
lice  
diu  
res  
sep  
Sac  
in  
Cal  
me  
cu  
7.1

*Sem habet, &c.* Profectò, si tales gut-  
 tæ reliquo liquori proxime adhaerent,  
 ergo cum illo continuantur: ergo si  
 de his loquitur Coninch, (iplo factò  
 te Layman (de continuis loquitur  
 nò de separatis, quomodocumque  
 vino vicinis; prima consequentia,  
 in qua est vis argumenti, est certas  
 quia non potest intelligi guttam li-  
 quoris adhærere liquori eiusdem  
 speciei, nisi cum illo, mediantibus  
 particulis, quibus adhæret, conti-  
 nuetur.

28 Ex his ergo habemus, quod  
 licet Bonacina a immerito Aegi-  
 dium citans, sentiat guttas existen-  
 tes intra Calicem, quamvis à vino  
 separatas, consecrari, quia legitima  
 Sacerdotis intentio fertur (inquit)  
 in totam materiam existentem in  
 Calice demonstrabilem per pronò-  
 men, *hoc*, probabilius tamen est  
 cum Layman, b Coninch, caliif-

Q 4 que

a Bonac. de Euch. disp. 4. q 2 p. 5 n.  
 7. b Layman. loc. cit. c Coninch. loc. cit.

que non consecrari: cum intentione legitima sacerdotis feratur quidem in materiam existentem in Calice demonstrabilem per illud pronomen, sed certe continuam, non separatam.

*An guttae separatae in Calice debeant abstergi ante consecrationem.*

29 **P**eccatne sacerdos si advertens ante consecrationem adesse guttulas separatas intra Calicem, eas non abstergit, nec cum cetero vino, commotione calicis admiscet?

Puto non peccaturum, habeat tamen animum consecrandi iuxta intentionem Ecclesiae. Ratio est, quia non obligamur, nisi humano modo, in his ministeriis nos gerere, non ergo ad curandam metaphysicam liquoris continuationem, sed solum continentiam eiusdem in eodem vase, Deo cetera relinquentes.

Nam-

2. *Reginal. t. 2. lib. 29. c. 2. nu. 19. grat. de Sac. disp. 43. sec. 6.*